



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

IX. Abt Irminhart stiftet gewisse Einkünfte für die Erhaltung von Lichten im
Kloster Hillersleben, c. 1153.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

mansum, contradidit. Si quis vero futurorum vel presentium sine abbatum sine advocatorum hec prelibata predia demere vel temere invadere, aut in proprios usus redigere presumpserit, si non statim resipuerit, sub tremendi iudicii, dei invocacione et beati petri apostolorum principis et sancte prothomartyris stephani, sanctique laurencii, omniumque sanctorum attestacione, ancipiti perpetue excommunicacionis gladio feriat, et cum dathan et abyron, nisi digne penituerit, absorbeat. Vt huius igitur conscripti confirmacio in perpetuum rata et inconuulsa permaneat, banni nostri confirmacione et sigilli impressione corroboravimus, et tam secularium quam religiosarum personarum ydoneos testes annotari concessimus, quorum sunt hec nomina: Dominus hartwigus archiepiscopus bremenensis, Theodericus magdeburgensis ecclesie canonicus, Bertoldus abbas ammenfleuensis, Otto comes, wernerus de velthem, Thidericus de tangermunde, Thidericus de wichmannstorp, fridericus de anuerdefleue, Bruno de gerfleue, Benno de ochtmerfleue Aliique complures catholice ecclesie fideles. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. C^o. L. III^o., Indictione Ia. Datum II. idus aprilis.

Cop. I, fol. 16.

IX. Abt Irminhart stiftet gewisse Einkünfte für die Erhaltung von Lichtem im Kloster
Hillersleben, c. 1153.

Irminhardus, dei gracia hildesleuensis cenobii abbas. Notum sit omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ego irminhardus, non mei meriti assumptione, sed diuine dispensationis electione hildesleuensis cenobii non ydoneus provisor destinatus, consensu, immo hortatu fratrum meorum, ad luminaria ecclesie providenda et acquirenda subscripta bona cum omnibus pertinentibus suis quocunque modo provenientius ad honorem dei et patroni nostri, cristi martyris laurencii, firmiter et incommutabiliter assignavi: mansum et dimidium in maiori druchteberch, XIII solidos solventem, in minori druchteberch dimidium mansum, V solidos soluentem, in meindorp mansum, soluentem VIII solidos, in maiori rodenfleue II mansos et dimidium, solventes XXV solidos, in minori rodenfleue III mansos, XXIII solidos solventes, in semteweghe VIII mansos III solidos, in kefeldre dimidium mansum III solidos, in ftenuerde mansum, soluentem III solidos. Et ut hec nostra constitucio, tam concorditer et rationabiliter collaudata et ordinata, perpetuo stabilimine roborata, a quoquam convelli non valeat, Hanc cartam inde conferibi, sigillique nostri impressione signatam perpetualiter confirmavimus, Vt si quis hanc ordinationem infringere seu annichillare presumpserit, perpetuo anathemate eterneque lucis privacione multetur.

Cop I, fol. 17.